



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

268. feria 3. de operibus misericordiæ spiritualibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Fer. 2. Domin. 14. post Pentecost. 477*

misericiordiæ corporalia, quomodo in ijs excelluerit Dominus meus. Pavit esurientes sapius, & de eleemosynis sibi datis à pijs foeminis pauperes nutrebat usque ad murmurationem Iudæ. Sicientes potavit in nuptijs, & exules Christianos cum S. Clemente in Agni figura parvo ictu pedis pulcherrimum fontem, in fluvium manantem elicuit. Vestivit pauperes suis vestimentis milites pauperes à passione sua induit, & occisores suos benignissimè contexit. Peregrinos suscepit, quod opus misericordiæ singulariter dignificavit. Ægros invisit, etiam per suos Apostolos. Redemit è carcere peccati totum genus humanum, plures oblectos à dæmonibus, Barabbam, Patres è limbo, animas è purgatorio: mortuos sepelivit: quia pretium, quo venditus est instinctu Iudæ, & Synagogæ non in alium usum converti voluit, quam ut ager emeretur pro mortuis. Cæterum *perfecta est misericordia, ut ante occurratur esurientibus, quã roget mendicus* inquit D. Aug. Hom. 39. ex 50.

MEDITATIO CCLXVIII.

*Feria 4. Domin. 14. post Pentecost.*

*de operibus misericordiæ spiritualibus.*

**V**ldebo D. JESVM quasi solem neque motui, neque beneficijs finem constituentem. Petam eum imitari. *Cons.*

478 *Feria 2. Dom. 14. post Pentecost.*

*Conf. 1.* Misericordiam Christi universalem, purissimam, promptissimam ad petitionem cujusvis servato ordine, incepit enim ab amicis, Luc. 4. Joan. 2. Quibus & primum miraculum in nuptijs fecit. Addens tamen, ubi opus non est, nullam prærogativam amicis concedendam. Matth. 19.

*Conf. 2.* Christi opera misericordiæ spiritualia. Docuit ignorantem accepto prius à Patre & Spiritu sancto testimonio, ac missione. Matth. 3. Luc. 3. Joann. 1. Ut doceret, non licere prædicare, nisi acceptâ auctoritate ab eo, qui eam dare potest. Antequam discipulos mitteret prædicatum, secum eos ducebat, ut ab ipso modum discerent, congrua captui docebat, & sine parabolis non loquebatur eis, dicebatque summo spiritu. Dedit salutaria consilia, Nicodemo, adolescenti: virginitati tuendæ, non esse percutiendum gladio, quod consilium Petrus non intellexerat: & reliqua partim consilia, partim præcepta quatuordecim: Consilia Evangelica de virtutibus heroicis triginta, consilia seorsim data Apostolis triginta duo. ( Vide Cornel. in Evang. initio ) Solatur afflicto, in Nativitate cantu Angelico, Magos in oriente per stellam, Magdalenam, Zachæum volentem videre Christum, cæcum natum, viduam in filio resuscitato, discipulos pauperes,

*Feria 3. Domin. 14. post Pentecost. 479*

peres, & Discipulos, qui majorem dolorem accepturi erant, ex ejus passione, assumpsit ad Transfigurationem.

*Conf 3* Correxit peccantes. Occultas culpas occultè correxit. Indirectè reprehendit eum, qui malâ intentione, & spe quæstûs faciendi ex miraculorum patrione, sequi volebat dicens: *Vulpes foveas habent.* Et petrum volentem impedire Passionem Christi. Discipulos etiam suos acrius reprehendebat. Delicta publica, hypocrisin Phariseorum, incredulitatem publicè reprehendit: effecitque multas virtutes Christi correctio, humilitatem, fidem, intellectû. Christus miserus est populi ignorantia, illud enim vae repetitum intimum dolorem cordis significat, contristatus est super cæcitate cordis eorum: sed & super Judam turbatus est spiritu. Quam patienter tulit injurias! quam benigne remisit offensas! denique orabat etiam pro defuncto Lazaro, Filia Archisynagogi, Filio unico Vidua, omniaque opera misericordiae corporalia dirigebat in finem spiritualem: ideo ait Joan. 7. v. 23. *Mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci, nimirum in corpore, & anima?* Et hæc optabatur cum magna diligentia: Ibat enim per civitates & castella, pagos, villas, & oppida, ut interpretatur Theophylactus. in Luc. c. 8.

**Ne**

480 FERIA 4. DOMINI 14. POST PENTECOST.

Ne semper magnas civitates quæramus, sed etiam viles atque contemptas villas adæamus, & docendas animas, & trahendas ad Deum. Et hæc operabantur incessanter: quia fatigatus coemptos à Discipulis cibos, nec ipse suscepit, nec eos sumere iussit. Denique docet non cessandum ab ijs, esto fructus non appareat.

MEDITATIO CCLXIX.

FERIA 4. DOMINI 14. POST PENTECOST.

*De discretione in sectando perfectiora.*

**V**idebo D. JESUM quasi ad lapidem Lydium discernentem malum à bono, & bonum, à meliore bono, atque hoc eligentem. Petam eum imitari

*Conf. 1.* Discretio est spiritualis prudentia, quæ vera à falsis, bona, vel meliora, a malis, ac minùs bonis discernit, illaque amplectitur.

*Conf. 2.* Incitamenta ad eam 1. Sicut Deus omnia in mundo discernit, lucem à tenebris, sic justus affectiones suas discernat oportet, juxta illud: *Spiritualis judicat omnia* 1. ad Cor. 2. 2. Discretio est oculus mentis, qui si lucidus, totum corpus lucidum erit. 2. Exemplum Christi, qui humana divinis posthabuit. Et quia omnis virtutis laus in actione sita est.

*Conf.*